



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 221. Accusationum capita adversus Benedictum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV. Generalis Ordinis de Mercede, necnon
A. C. 1416. Mauritiūs Pragensis, & Michael de Ma-
vers, Theologiæ Doctores, Nicolaus
Vordis, ac Joannes Wellis, juris periti. In
eadem sessione inter Arragonenses, & An-
glos oratores magna exorta sunt dissidia,
quibus ansam præbuit novæ Nationis col-
legium erigendi jus, quod antea a Conci-
lio Arragonensibus concessum erat. U-
trinque acriter disceptatum, tandem ve-
ro lis composita est.

§. CCXXI.

*Accusationum capita contra Benedi-
ctum.*

*Vander
Hardt to. q.
p. 969.*

Sessione finita Commissarii, provincia
sibi concredita defuncturi, septem se-
ligunt Notarios, qui instrumenta confi-
cerent, adjunctis tribus Advocatis, Pro-
motoribus, & Apostolicis cursoribus,
qui citationes affigerent. Omnes Judi-
cii actus in Palatio Episcopali exercen-
dos esse, statuebatur. Articuli, super
quibus Promotores testium depositiones
exciperent, erant sequentes. I. Bene-
dictus Schisma fovet, etiamsi pluries de-
claraverit, viam cessionis ad illud extin-
quendum unicum esse medium. II. Su-
per sacrosanctis Evangelii juravit se ces-
surum absque omni mora, si ipse elige-
retur. III. Cedere sollicitatus fuit a Re-

ge

ge Galliæ , pluribus Principibus, Aca- sæcul. XV.
demia Parisiensi, & ab omnibus fere suis A.C. 1416.
Cardinalibus. IV. Contra viam cessionis , tanquam medium illegitimum , pu-
blice exceptit. V. Eandem recusavit ,
quamvis Martinus Arragoniæ Rex illum
ad eam amplectendans impense rogasset.
VI. Se Papatu cessurum promisit atque
juravit, si pariter suus æmulus cederet,
illudque coram suis Cardinalibus Pontis-
forgiæ iterato repetiit. VII. Etiam post
mortem Innocentii VII. in hac repugnan-
tia contumax perseveravit. VIII. Mille-
nis tergiversationibus cessionis viam elu-
sit, Legatis Galliæ turpiter illudendo.
IX. In Concilio Perpiniani a se convoca-
to cedere jurato spopondit , & fidem su-
am liberare sollicitatus respondit, irre-
parabile damnum se illaturum Ecclesiæ,
si ulterius sibi hac propositione molesti es-
sent. X. In schismate perseveravit, li-
cet universus Orbis Christianus Constan-
tiam confluxisset, ut pacem Ecclesiæ red-
deret. XI. Imperatori Perpinianum ve-
nienti , ut ei cessionem suaderet, perva-
carius quam antea restitit, & nil sollici-
tus de extinguendo schismate, Panisco-
lam auffugit. XII. Tandem ob præfata
fautor Schismatis, hæreticus, & schis-
maticus obduratus ab omnibus Christia-
nis reputandus est.

§. CCXXII.

R

Hist. Ecclesiast. Tom. XXVI.